



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 91. Hispanorum Præsulum petitio de gestando habitu, vulgo Mozzetta dicto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

„literis continentur, forte protulerit, Sæcul. XVI,  
A.C. 1561.  
 „ea nonnisi ex proprio suo genio addi-  
 „dit, quæ tamen nullatenus a me pro-  
 „lata haberi cupio., Ad hæc subri-  
 „dens sic respondit Abrahamus: „in cer-  
 „tis occasionibus veritatem dissimulare,  
 „imo & mentiri licitum est, idque ipse-  
 „met D. Paulus fecerat, dicens, quod om-  
 „nibus omnia factus sit: quinimo ex-  
 „stat quidam liber, in quo scriptum est,  
 „quod idem Apostolus cum Paganis Pa-  
 „ganus fuerit, atque idola adoraverit,  
 „ut Idololatrias ab hac superstitione ab-  
 „straheret., Ad hæc impietates ex-  
 „horruit Rodericus, earumque fallitatem  
 prolixo sermone demonstravit. Postea  
 Nuntii rursus omne adhibebant studium,  
 ut Patriarcham a suis erroribus revo-  
 carent: cum autem ejus pertinaciam  
 nullo pacto frangi posse cernerent, tan-  
 dem inde recesserunt, & quidem Joan-  
 nes Baptista Elianus non sine maxi-  
 ma difficultate Alexandriam attingere  
 poterat, eo quod ejus mater, ceterique  
 Judæi nullatenus tolerare vellent, ut  
 ipse in Christi fide persisteret.

## §. XCI.

*Hispanorum Præsulum petitio de ge-  
 stando habitu, vulgo Mozzetta  
 dicto.*

Pluri-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1501.

*Pall. l. 15.*  
*n. 5. & 6.*

*Lit. Bor-*  
*rom. Mont.*  
*6. Decemb.*

Pluribus Hispaniæ Episcopis jamjam Tridentum venientibus, duo ex illis magnam Legatis Pontificiis molestiam inferebant; quidam enim ex illis nomine Petrus Guerrerus Granatensis Archiepiscopus, magni quidem, sed pertinacis consilii Vir, qui jam sub Julio, II. Synodo interfuit, suo, suæque Nationis Præfulum nomine facultatem petebat, vi cujus breve quoddam Palliolum vulgo *Mozzetta* dictum deferre possent, eo quod in Hispaniis ejusmodi vestem etiam extra suas Diæceses gestandi mos esset: verum hanc facultatem cuiquam Episcopo concedere, recens prohibebantur Legati, & quidem ex duplici hac ratione, eo quod Italiæ consuetudo repugnaret, necnon ceterarum nationum Episcopis id in usu non esset, adeoque indecorum fuisset discrimen, si eo solum habitu conspici cernerentur pauci quidam Hispani: insuper etiam obstabat, quod in duabus postremis Synodi convocationibus, quarum ritus retinendi erant, iidem ipsi Hispani ab eo abstinuissent, ac exemplum ab ipsis recenter adductum de Episcopis Regularibus, qui ubique locorum palliolum istud gestant, vim non haberet, cum in illis id non prærogativa dignitatis esset, sed tessera religiosæ familiæ, & hujusce rei causa  
nuu-

nunquam utantur Carbafina, quam Vul-  
 gus *Rocchettum* appellat.

Sæc. XVI.  
 A.C. 1561.

Hanc tamen prohibitionem Legati  
 publicam reddere nolebant, spe freti,  
 quod Hispani longe facilius lenitate, ac  
 officiosa comitate in obsequio contineri  
 possent: quapropter duntaxat totius  
 hujus causæ seriem Romam perscri-  
 bebant.

§. XCII.

*Episcopi post varias Curiaë Romanæ  
 oppositiones votis damnati.*

Alterâ die sexta Decembris ad Lega-  
 tos adveniebat Nuntius, qui Borro-  
 mæi Cardinalis responsum ad literas  
 hac super re Romam datas tradebat, porro  
 hunc in modum ab eo erat rescriptum:  
 summo Pontifici haud molestum acci-  
 derat Epomium passim permittere cun-  
 ctis Hispaniæ Episcopis, perinde ac si  
 in propriis Diæcesibus suis munia Epif-  
 copalia obirent, sed super eo Cardina-  
 lium sententias percipere voluit: qui  
 interim illud Hispanis Præfulibus haud  
 interdicebant.

*Pallav. n. 6.  
 lit. Borrom.  
 die 14. De-  
 cembr.*

Mox igitur Legati Hispaniæ Episco-  
 pis hanc responfionem nuntiabant, quæ  
 etiam summa lætitia fuit excepta, quam-  
 vis hoc gaudium brevi in novam ver-  
 teretur sollicitudinem; nam quinto a da-  
 ta prima epistola die, seu undecimo De-  
 Hist. Eccles. Tom. XLIV. X cem-